



Grabado por Juan Ant. Salvador. Carmona en Madrid.

fundetur : & qui operantur in me,
non peccabunt. Qui elúcidant me,
vitam ætérnam habébunt.

Graduale. Benedícta & venerá-
bilis es virgo Mariá, quæ sine tac-
tu pudôris invénta es mater Sal-
vatôris. **V.** Virgo Dei génitrix,
quem totus non capit orbis, in tua
se clausit víscera, factus homo.

Sequéntia sancti Evangélii
secúndum Lucam.

IN illo témpore : Loquente Jesu
ad turbas , extóllens vocem
quædam mûlier de turba dixit il-
li : Beátus venter, qui te portávit,
& úbera, quæ suxisti. At ille di-
xit : Quinímmò beáti, qui áudiunt
verbum Dei, & custódiunt illud.

Offertorium. Beáta es virgo
Mariá , quæ ómnium portásti
Creatôrem : genuísti qui te fecit,
& in ætérnum pérmanes virgo.

Secreta.

MUnera nostra , Dñe. , apud
cleméntiam tuam Dei ge-
nitricis comméndet orátio : quam
idcirco de præsénti século transtu-
lísti, ut pro peccátis nostris apud
te fiducialiter intercêdat. Per eúm-
dem Dóminum nostrum.

Pro S. Laurentio. Secreta.

ACcipe, quæsumus Dómine,
múnera dignánter oblâta :
& beáti Lauréntii suffragántibus
méritis , ad nostræ salútis auxí-
lium proveníre concède.

Pro sancto Eusebio.

Secreta.

LAudis tibi, Dñe., hóstias im-
molâmus in tuórum com-
memoratióne sanctórum : qui-
bus nos & præsentibus éxui malis
confidimus , & futúris. Per Dó-
minum nostrum.

Præfatio communis.

Communio. Beáta víscera Ma-
riæ vírginis , quæ portavérunt
ætérni Patris Fílium.

Postcommunio.

Concède miséricors Deus fra-
gilitáti nostræ præsidium : ut
qui sanctæ Dei genitricis festivi-
tatem prævenimus , intercessiônis
ejus auxílio , à nostris iniquitati-
bus resurgâmus. Per eúmdem
Dóminum nostrum.

Pro sancto Laurentio.

Postcommunio.

Sacro múnere satiáti, súplices
te Dómine deprecâmur : ut
quod débitæ servitûtis celebrâmus
officio , intercedente beáto Lau-
réntio mártire tuo , salvatiônis
tuæ sentiâmus augméntum.

Pro sancto Eusebio.

Postcommunio.

Refécti cibo potûque coeléstí,
Deus noster , te súplices
exorâmus : ut in cujus hæc com-
memoratióne percépimus , ejus
muniâmur & précibus. Per Dó-
minum nostrum.



IN